

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1970

**Auteur(s) :** Guillaume de Villequier [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1101-1200]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume de Villequier confirme aux moines de Sainte-Foi des héritages qui leur ont été aumônés à Escoville et Ocqueville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Chartes du prieuré de Longueville, de l'ordre de Cluny, au diocèse de Rouen, antérieures à 1204*, Rouen-Paris, Société de l'histoire de la Normandie, 1934, n° LXI, p. 70-71.

## Dissertation critique

Datation proposée par p. Le Cacheux.

Texte établi d'après a

Sciunt tam presentes quam futuri quod ego Willelmus de Willekier concessi et confirmavi deo et monachis Sancte Fidis de Longavilla in perpetuam elemosinam masagium quod Radulfus filius Goude tenuit in Escovilla, quod Willelmus de Novilla predictis monachis dedit, qui illud de me hereditarie tenebat. Et sciendum est quod predictum masagium debet reddere prenomatis monachis annuatim ad festum Sancti Michaelis iiiijor quarterios frumenti et viij quarterios ordeï et xvi quarterios avene, scilicet insimul vij summas bladi per totum, et ad Natale domini iiiijor panes et iiiijor capones. Hunc autem redditum habebunt monachi in feudo et hereditate. Quod si forte non redderet homo predictum redditum monachis ad prenomatos terminos, monachi distringent hominem per avera sua ut redditum habeant et emendationem forisfacti habebunt monachi. Quod si monachi non poterint hominem justiciare, ego distringam eum per me et justiciabo et redditum monachis habere faciam. Cetera vero servicia vel alii exitus de homine ultra redditum michi remanebunt ad opus meum. Similiter concessi predictis monachis et confirmavi feudum Hugonis Hermeri apud Oskevillam in perpetuam elemosinam tenendum hereditarie, salvis rectitudinibus meis ; et si homo gravaretur propter auxilia vel propter aliqua alia mensurabitur nec gravabitur plus quam compares illius. Et ut hec concessio et confirmatio mea firma et inconcussa in perpetuum permaneat, presentem cartam sigilli mei munimine corroboravi. His testibus Willelmo de Willekier filio meo, hoc ipsum laudante et volente, et Roberto de Willekier filio meo, Hugone de Willekier et Waltero de Willekier fratribus meis, Willelmo de Germunvilla, Gaufrido de Bovintona, Ascelino de Fubervilla, hii sunt de parte mea. De parte vero monachorum magistro Petro de Alpegardo, Petro de Blevilla, Godefrido pistore, Radulfo de Cambrai, Roberto de Esceinvilla et Waltero fratre ejus, Gilleberto de Gamaches et Willelmo Bataille et multis aliis.